

mentario, quem iussit proferri Cuperius Hostilianus per T. Rustium Lysipponum | scribam, in quo scriptum erat it, quod infra scriptum est: |

L. Publilio Celso II C. Clodio Crispino cos.², idibus Aprilib., | M. Pontio Celso dictatore, C. Suetonio Claudiano aedile iuri dicundo, praef. aerari. Commentarium cottidianum municipi | Caeritum, inde pagina XXVII kapite VI. |

‘M. Pontius Celsus dictator et C. Suetonius Claudianus decuriones in templo divor. corrogaverunt, ubi Vesbinus Aug. lib. petit, | ut sibi locus publice daretur sub porticu basilicae Sulpicianae, uti Augustalib. in eum locum phetrium faceret, ubi ex¹ | consensu decurionum locus ei, quem desideraverat, datus est, placuitq. universis Curiatio Cosano³ curatori ob eam rem | epistulam mitti. In curiam fuerunt Pontius Celsus dictat., Suetonius Claudianus aed. iuri dic., M. Lepidius Nepos | aedil. annon., Pollius Blandus, Pescennius Flavianus, Pescennius Natalis, Pollius Callimus, Petronius Innocens, Sergius Proculus². | Inde pagina altera capite primo. ‘Magistratus et decurion. Curiatio Cosano sal. Idib. Aug. Desideranti a nobis | Ulpio Vesbino consilium decurion. coegimus, a quib. petit, ut sibi locus publice in angulo porticus basilic. daretur, quod se Augustalib. | phetrium publice exornaturum secundum dignitat. municipi polliceretur. Gratiae huic actae sunt ab universis, placuit tamen tibi | scribi, an in hoc quoque et tu consensurus esses. Qui locus rei p. in usu non est nec ullo reditu esse potest². Inde pagina VIII kapite primo. | ‘Curiatius Cosanus mag.⁴ et dec. Caeretanor. sal. Ego non tantum consentire voluntati vestrae set et gratulari debeo, si qui rem p. n.⁵ | exornat. Accedo itaq. sententiae vestrae non tanquam curator, sed tanquam unus exs ordine, cum tam honesta exsempla (*sic*) | etiam provocari honorifica exornatione debeat (*sic*). | Data prid. idus Septembr. Ameriae⁶. | Act. idib. Iunis Q. Ninnio Hasta P. Manilio Vopisco cos.⁷ | Dedicatum k. Aug. isdem cos.

Caere rep. a. 1548, tabula marmorea, deinde Romae, iam Neapoli (XI 3614 Mommsen vidit ectypum; cf. Huebner ex. scr. epigr. 1074). — 1) Vocabulum alibi nondum repertum (t. Orell. 3788 spurium est); φρητριον sive scholam significari putant. — 2) A. 113. — 3) Idem memoratur in t. Amerino XI 4347, idemque fuit dominus figlinarum quarundam suburbanarum, XV 96—102. 111. — 4) Magistratibus. — 5) Rem publicam nostram. — 6) Cf. not. 3. — 7) A. 114.

5919 IIII non. Septembr. in curia templi basilicae Augusti Anniānae, scribundo adfuerunt | Q. Granius Atticus, M. Stlaccius Albinus, A. Clodius Maximus, M. Amullius Lupus, M. Fabius Firmus. | Quod T. Aufidius Thraesea, Ti. Claudius Quartinus Hvir v. f.¹ de desiderio Laeli Atimeti optimi civis, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.²: | Cum M. Laelius Atimetus vir probissimus et singulis et universis karus petierit in ordine nostro, uti solarium³ | aedifici, quod extruit in transitorio, remitteretur sibi ea con-